Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 1055
Quelle:
Copyright:

est trinus et vnus deus in secula seculorum amen. Extat edit. *cit.* p. 29.

Fol. 25. p. 2. *Incipit prefacio libri Cur deus homo. Opus subditum quod propter quosdam qui antequam perfectum et exquisitum esset* &c. Finis: *deo non nobis attribuere debemus qui est benedictus* &c. Edit. p. 74. et nobis etiam alibi.

Fol. 46. p. 2. *Incipit liber de incarnatione verbi. Domino et patri uniuerse ecclesie in terra peregrinantis summo pontifici vrbano* &c. Deest itaque *Praefatio*, quam praemisit *Gerberonius* p. 41. Finis: *in eodem libello inueniet aperte.* Edit. p. 41.

Fol. 53. p. 2. *Incipit prologus in librum de peccato originali seu de conceptione virginali. Cum in omnibus religiose tue uoluntati uelim. si possim obsequi* &c. Finis: *si vera probari poterit.* Edit. p. 97.

Fol. 62. *Incipit liber de processione spiritus sancti. Negatur a grecis quod spiritus sanctus* &c. Finis: *michi imputetur, non sensui latinitatis.* Edit. p. 49.

Fol. 72. p. 2. *Incipit liber de concordia prescientie et predestinationis et gratie dei cum libero arbitrio. De tribus illis questionibus in quibus dei presciencie* &c. Finis: *gratis volui petentibus impendere.* Edit. p. 123.

Fol. 82. p. 2. *Prologus communis in libros tres scilicet de veritate, de libertate arbitrij, de casu dyaboli. Tres tractatus pertinentes ad studium sacre scripture* &c. Finis primi libelli de Veritate: *tunc eius dicitur ueritas uel rectitudo.* Edit. p. 109.

Fol. 88. p. 2. *Incipit liber de libertate arbitrij. Quoniam liberum arbitrium uidetur repugnare gratie et predestinationi* &c. Finis: *quod mihi necesse sit interrogare de illis.* Edit. p. 117.

Fol. 93. Liber *de casu Diaboli* absque inscriptione. Initium: *Illud apostoli quid habes quod non accepisti* &c. Finis: *sicut idem est loqui et uti potestate loquendi.* Hunc librum a duobus praecedentibus avulsit et praemisit *Gerberonius* p. 62. contra mentem *Anselmi*, qui *Praef.* communem *supracit.* ita conclusit: *Sic tamen eos, ut hic posui, volo ordinari.*

Fol. 102. p. 2. Dialogus *de Grammatico* absque inscriptione. Initium: *De grammatico peto ut me certum facias* &c. Finis: *nobis hec profecisse non negabis.* Edit. p. 143.

Fol. 107. p. 2. *Incipit liber anselmi cantuar. archiepiscopi de similitudinibus.* C. 1. *Tripliciter intelligitur uoluntas. Etenim dicitur illud anime instrumentum* &c. Finis C. 192. *ne nobis noceant in quantum uolunt.* Desunt ergo *Capp.* 193. et 194. Collectionis hujus, cui nomen *Anselmianorum* melius conveniret, utpote ex Similitudinibus et aliis dictis ab *Anselmo* olim usurpatis contextae, quemadmodum adparet in ejus *Vita* scripta ab *Eadmero* Monacho *Cantuariense*, quam habes ad calcem edit. *Gerberonii* saepe *cit.* Νοθειαν hujus collectionis